Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Registratura Maximilliani - Cod. Aug. pap. 13

Maximilian <II., Heiliges Römisches Reich, Kaiser>

[Reichenau], 1563-1566

September

urn:nbn:de:bsz:31-84715

Visual Library

M·D·LXV

SEPTEMBER:

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Maximilianus Iz.

656° Alberto à Lasko

Magnifice syncere nobis dilecte. Constantem etiamnum obsequij erga nos et fidei syncere animũ plenum ex literis tuis Vlt. Julij ad nos scriptis perbenigne agnouimus, utpote, quæ desiderium ardens operam tuã, in qua nunc uersamur, bellica occupatione nobis impendendi ꝑclare contestentur. Etsi itaq; iam militia contra Moscum suscepta, cui adesse te oportet, tibi, ut scribis, obstat, quo minus desiderium illud reipsa nobis comprobes, uoluntatem tamen istam, tam obsequiosam nihilo minus benigne abs te suscipimus, id quoq;, quod à nobis hoc tempore petis, equum uidelicet unum aut alterum militiæ aptũ nro ex stabulo libenter tibi suppeditaturi, cum eiusmodi equos deinceps conquisiuerimus, Nam nunc quidem plane nullos ad manus habemus militares. Quin et de cætero benignitate erga te nram seties tibi clementer ꝯseruatã Vienę 7ª Septem: Aº 65.

Literæ

657°

Literæ passus pro Vincentio Natali &c.

MAXIMILIANVS &c. Vniuersis &c.
Cum Egregius Vincentius Natalis syncerè nobis dilectus, in Hispanias sex equorum comitatu profecturus, ut iter tutius et expeditiùs haberet, lr̃is se nostris patentibus iuuari supplex orauerit. Nos sanè eum terra mariq; proficiscentem Ser.bus, Dil.bus et Deuo.bus uestris ac uobis, quorum Ditionem attigerit, magnopere com̃endamus, ac S.tis Dil.tis et Deuo.tis ur̃as ac uos amanter, beneuolè et benignè hortamur et requirimus, nr̃is et Sacri Imperij Subditis atq; fidelibus exp̃ssè et serio mandantes, ut cum cum omni eius comitatu, familia, Equis, sarcinis, ubiq; gentium et locorũ quo terra mariue peruenerit, liberè, securè, ac sine omni molestia aut impedimento transire, proficisci, com̃orari, recedere et redire sinatis, Atq; ipsum &c.
Datæ Viennæ VI.ta Septemb. Anno 65.

658°

Literæ passus pro Christophoro Vriesser, seruitore Don Joan.is de Cardona.

Maximilianus

Maximilianus &c. Ser.mis Reg.bus &c. Ex quo Mag.cus ac Generosus Syncere nobis dilectus Don Joannes de Cardona seruitorem suum, qui has feret, Christophorum Vriesser Austriacum, qui Generosam item deuotam nobis dilectam Donnam Mariam de Cardona Ser.mae Rom: Imperatricis coniugis nrae dilectiss.ae à cubiculis supmam, Matrem suam nomine suo inuiseret, huc ablegauit, is aut Christophorus peracto eo salutationis officio Hispanias iam repetat, ac proinde nra sibi authoritate de tutiori itinere prouideri supplicet, Nos sane pcibus eiusdem benigne annuentes, eum terra mariq; proficiscentem Ser.bus Dil.bus Deuoti.bus ac uobis &c.

Datae Viennae XI Septemb. A.o M.D.LXV.

Maximilianus &c

659.o

Oratori Romae,

Significatur nobis humilime à R.do deuoto nobis dilecto Gulielmo Episcopo Olumicensi Confirmationem eius iampridem a S. D. Pont. Max.o ad nostram intercessionem benigne quidem concessam, Bullas uero eiusdem con-

firmationis

firmationis ꝓter opinionem, et suæ Sanctitatis voluntate ab officialibus Romanæ Curiæ in hunc usq; diem isthic detineri, atq; eapropter ꝓfati Epi consecrationem magno Eccliæ eius incommodo necessario produci. Nos igitur eo nomine denuo à dicto Epo humilime rogati scripsimus ad S. D. Pont. Max. quod in hisce uides, literas, quib. obsequenter petimus ut eadem Sua Sctas ꝓfatis suis officialibus mandet, ut Bullas ꝓdictas dicti Epi isthic agenti Mandatario quamprimum depromant, atqui ut id expeditius fiat, tibi quoq; eadem de re singulare mandatum hisce damus, ut scilicet idipsum negotij, qua potes, summa sedulitate et ex solita tua nostris in rebus fide et dexteritate promoueas. Acturus in hoc pro benigna nra uoluntate, q tibi iampridem est ꝓntanea. Datæ Viennæ xi Septemb. Ao 1565.

Summo Pontifici

6606 Beatissime in Chro Pater &c. Agnouimus sane obsequenter beneuolentem istam et paternam Vræ Sctis erga nos animi affectionem pristinam in eo, quod pro Ro. deuoto nobis dilecto Gulielmo Epo Clamucen. confirmando non ita pridem petieramus, nobis non

mimus

minus quam antehac semper affuit, præsentaneam fuisse, siquidem tam benigne et expedite confirmationem suam idem Epus consecutum se esse à Vra Sta apud Nos maiorem in modum etiamnum pdicat, Quapropter hoc quoq; nomine singularem gratitudinem nos Vræ Sti et debere officiosiss. fatemur, et pstare unicè euitemur. Cæterum magnam Vra Stas huic suæ erga pfatum Epum beneficentiæ cumulum adiecerit, si pterea apud officiales suos efficiet, ut Bullæ pro dicta Confirmatione iamdudum expeditæ, quas illi tamē in hunc usq; diem penes se retineret feruntur, eius Deuotioni quamprimum cedantur. Et quoniam magnum et pgraue Ecclæ illi Olumicensi ex ista inopinata Epi consecrationis dilatione detrimentum impendat, Nos quoq; denuo pro eodem Epo hac in re obsequenter apud V. Stem intercedimus, ea spe, fore, Vt Vra Stas, quam semel concessit gratiam eius fructus illum, cui concessa est, plenè sentire benignè uelit. Fatebimur aut in hoc perpetuo beneuolentissimi Vræ Stis erga Nos animi officium accepisse, et ad filialem nram obseruantiam quacunq; occasione promptius in dies contestandū, magis ac magis deuinciemur. Quam Deus Ecclæ suæ quam diutissimè saluam et incolumem esse uelit. Datæ Viennæ XI. Septemb. Anno p M.D.LXV.

Literæ

6610

Literæ passus pro Michaële de Rado.

MAXIMILIANVS &c. Cum Michaëli de Rado eiusq; filio Theodoro Italiam hinc profecturis, ac proinde literas patentes, quibus adiuti profectionem suam liberius perficiãt, humilime petentibus, benigne annuamus. Nos sane eos terra mariq; proficiscentes p Vris Dilbus Deuotionibus &c. Datæ Viennæ XI. Septemb. Ao p LXV.

6620

Catalogus sceleratorum hominum ad triremes cõdemnatorum.

Exordium et finis petatur ex decreto sibi Scripto Xma Januarij Anni 1565.

Totos Vitæ suæ dies.

Martinus Schiessl.
Christophorus Feyrer.
Joannes Appfelbach.
Michaël Neupaur.
Joannes Geroldus Schmid.
Leonardus Tuber.
Sebastianus Rambst.
Conradus Kylipp.

Leonhardus.

Leonhardus Mulperger ad decennium.
Alexander Jung in Sexennium.
Joannes Magerle totidem.
Gallus Fleischagger.
Georgius Scholtz.
Christophorus Nuspamer.
Wolfgangus Trautenstainer.
Alexander Larer.
Georgius Gerhart.
Sigismundus Mäcer alias Fiedler.
Joannes Schmid
Christophorus Diettrich.
Casparus Doringer.
} in sexenniū

Joannes Kerhofer
Petrus Fürst
} in quinquenniū

Jurco Dessitz Bohemus
Sebastianus Reitter.
Martinus Stopper
Thomas Woyde
Jacob Mulner
Joannes Schultes
} in quadriennium.

Viennæ 12 Septemb. Aº 1565º

Passus

663°

Passus pro Antonio Maria Castaldi famulo.

MAXIMILIANVS &c. Cum Mag.cus fidelis nobis dilectus Joannes Alphonsus Castaldus pincerna Aulicus noster Seruitorem hunc suum Antonium Mariam Mediolanum ableget, equos et suppellectilem aliam uestiariam huc aduehendi gra. Datæ Viennæ XIIII Septemb. Anno M.D.LXV.

Maximilianus &c.

664°

Oratori Romæ,

Petro de Berrio, quem nobis eximij quidam ex nostris familiaribus haud uulgariter commendarunt, quod à nobis petijt, in promouendo causarum suarum quarundam in Curia Romana successa, subsidium et intercessionem benigne suppeditauimus, scriptis ea de re comendatitijs ad R.mum in Chro patrem, amicum nrm char.mum Marcum Sittichum ab Alta Emps S. R. E. tt. XII Apostolorum Cardinalem, ut cuius authoritatem isthic maxime pollere cognouimus. Eidem igr Petro, ut comendationis nræ fructus paratior sit, te quoq; benigne uolumus, studium et beneuolentiam tuam singulariter illi impartiri, non apud pdictum solum R.mum Cardinalem, sed et apud cæteros,

ubi necesse

ubi necesse erit, res eius sedulo et amanter prouehendo. Egeris in eo ex clementi nra uoluntate, q̃ tibi singularis à nobis semper conseruatur. Dat. Viennæ XVI Septemb. Anno M.D.LXV.

665. Cardinali de Alta Emps,

Maximilianus &c. Rmæ &c. Optimarum virorum testimonio Petrus de Berrio syncerè nobis dilectus ita apud nos commendatur, ut ei, benignitate nra, quam re nunc quidem eam ipsi profore animaduertimus, libentes adsimus. Est aut illi hoc tempore in Curia Romana negotium, quod ut citius sese expediat, cum eius fortunarum maxime intersit, equidem R.ae P.ti V.ae patrocinio et fauore in quo is maximum point sustineri illum et promoueri, quin de cætero comendatum eidem R.P.V. plurimum esse peramanter petimus. Et sumus planè quodcunq; in illum beneuolentiæ Rmæ P. Vrã ex hac nra intercessione mota, contulerit, inter obseruantiæ et amoris erga nos eius soliti officia beneuolenter commemoraturi, Mutua quoq; nra animi erga eandem propensione cũ occasio erit, sedulo cõpensandũ. Valeat felicit eadem R.P. Vrã. Dat. Viennæ XVI Septemb. Ao 65.

Literæ

6660

Literæ passus pro Michaële Zäckhl dno in Fridaw

MAXIMILIANVS &c Ser.mis Regibus &c. Mag.cus fidelis nobis dilectus Michaël Zackel, Dominus in Fridaw ingenuo quodam instinctu uisendis exteris etiam regionibus maiorem rerum usum et peritia sibi comparaturus, Italiam atq; alia Europæ Regna profectionem nunc instituit, Quam ut felicius et expeditius conficeret, nra etiam authoritate et comendatione iuuari se supplex petijt, Cum igitur ob parentum eius de Inclyta Austriæ Domu nra insignia merita, ipsiusq; ad eorundem maiorum suorum exemplum, seruitia sua nobis fidelia dicandi desyderium et studium summum, De benignitate illi nra libenter impartiamur, Cupientes igitur ipi eiusq; Comitatui ac familiæ tutum et expeditum ubiq; iter esse, omnem pterea gratiam, beneuolentiam et humanitatem exhiberi, Equidem Ser.bus Dil.bus et Deuotionibus Vris ac vobis &c. Datæ Viennæ XVII Septemb. Anno M.D.LXV.

Maximilianus &c.

Ad Senatum

667.

Ad Senatum Mediolanensem com: mendatitia pro Constantia Cassani Mar: chionissa:.

Magnifici, Nobiles, spectabiles, Docti, nri et Sac: Rom: Imperij fideles dilecti. Illus. Deuotæ nobis dilectæ Constantiæ Cassani Marchionissæ causam, quam coram uobis habet controuersam, equidem comendatam uobis singulariter esse benigne cumprimis cupimus, non quidé quod Vos pro æquitatis cuius administrandæ studio ardenti non sponte eius Deuotioni, in eo quod ius et æquum consulet, adfuturos omninò confidamus, sed vt expeditius illa et maturius ab ista litium molestia uestra authoritate et beneuolentia liberetur. Cum enim non ipsius solùm sortem ut Viduæ, iuuare p cæteris et tueri commune Jus moneat, sed et Nos in illa eadem causa res agi intelligamus quorundam, qui nobis ministerio multorum amorum eoq gratissimo deuoti sunt, ac proinde inter singulariter charos nobis habentur, equidem non minus gratum in eo officium, si quid nostra hæc comendatio apud Vos promouerit, à Vobis acceptum clementer agnoscemus, ac si nobis ipsis id p̃stitisetis, et benignitate nra,

qua

qua Vos merito complectimur, memores perpetuò re:
colemus. Datæ Viennæ XVII^ma Septemb. A^o. p LXV°.

668°

Summo Pontifici

Beatissime pater &c. Demandauimus quædã Mag^co fideli nobis dilecto Prospero Comiti ab Archo Con:
siliario et Oratori isthic nostro, quæ in Mag^ci item fidelis nobis dilecti Ferrandi Comitis de Lodrono fauo:
rem, à Vrã S^to nostro nomine peteret, Illi igitur si Vrã S^tas benignas, ut de cætero solet, aures in hoc quoq; præbuerit, ex paterno suo erga Nos et bene:
uolentissimo animo egerit, cui Nos filiali nrã ob:
seruantia abundè respondere singulariter enitimur.
Datæ Viennæ XX^ma Septemb. Anno p M.D.LXV.

669°

Maximilianus &c.

Oratori Romæ,

Meminisse te arbitramur, quid Superioribus mensibus ad S. D. Pont. Max. pro dispensatione Mag^ci f. n. d. Ferrantis Lodroni Comitis cum nepte sua con:

tracti

tracti coniugij impetranda scripserimus, datis et ad te eadem de re literis, quibus id negotij satagendum tibi comi: simus. Quoniam uero illam nr̃am com̃endationem hacte: nus nihil profecisse, idem Comes nobis retulit, ac proinde iterato se à nobis com̃endari supplex petijt, mittimus ad te literas fidei, Eidem S. Dn̄o inscriptas, quas Suæ S.ti ipsum reddere ac porro oretenus negotium p̃dictũ omni ea cura et sedulitate, quas nr̃as proprias res soles, com̃endare et satagere ita uolumus, ut S S.tus animaduertat nos p̃dicti Comitis, ob sua maiorumq; suorum, et qui etiamnũ ministerio nr̃o fideliter adsunt, cognatorum suorum merita p̃clara, res iuuandas, Clementi cumprimis animo suscipere. Ages aũt in hoc pro benigna nr̃a uoluntate, tuum uetus erga Nos obsequium singulariter contestaturus. Datæ Viennæ XX Septemb. Anno M.D.LXV.

670 Summo Pontifici Imperator propria manu scripsit.

LXXXVII Beatiss. pr̃ 2d. Etsi Vr̃æ S.ti una nobisum p̃grauem istam calamitatem ab uniuersali hoste nr̃o non una in parte solum Christianitati hoc tempore imminentem cordi singulariter esse antehac minime dubitauimus: piam tamen istam eiusdem et sollicitam pro Repub.

Christiana

Christiana mentem, quam p̄sentanea illa, tam ad n̄ras has prouincias, quam uicinas etiam Italiæ regiones tuendas ab eadem S.te V.ra suppeditata p̄sidia re ipsa contestantur, non possumus non maiorem in modum semper comprobare. Officium enim uero Christianorum patre dignum animaduertimus, quod ut feliciores speremus, undiquaq; successus, omnino efficit, maxime cum porro etiam V.ram S.tem pio eiusmodi pro defendenda Rep. n̄ra suscepto instituto, quacunq; in re, immo uita et propria exponenda affuturā sese tam amanter declaret. In nobis certe, ne quid unq; officij, quod hæc muneris n̄ri ratio exigit, desideratum deprehendatur, oem animi cogitationem, et uirium conatus ponimus. V.ræ uero S.tis animum beneuolentissimum, qui nobis antehac multiplicibus argumentis innotuit, hoc quoq; tempore contestatum, omni obseruantia, et perpetua gratitudine recolemus, nullam mutui filialis officij partem erga V. S.tem unq; omissuri, Quam Deus &c. Data XX.ma Septemb. Anno &c. M.D.LXV.

Alia Epistola eiusdem argumenti manu Imp. scribenda.

671

LXXXVIII. Beatiss. pater &c. V.ræ S.tis uere paternum erga nos amorē et uoluntatē

uoluntatem, quam semper antehac in Vrã Sᵗᵉ dep̃hendimus, et in re Christiana iuuanda studium ardentiss. antehac ar: duis in rebus abunde declaratum, tàm istud beneuolentiæ et pietatis plenum officium, quod Vrã Sᵗᵃˢ hoc tempore in suppeditando ad com̃unis Christianæ Reip. hostis Turci: ci uim comprimendam subsidio satis liberali nobis p̃stitit, quàm animi istius in uitæ etiam periculo pro eiusdem Reip. salute subeunda propensissimi significatio, de qua et lr̃æ eiusdem V. Sᵗᵉˢ propria manu scriptæ, et Comes Scipio ab Archo, qui isthinc ad nos redijt, fidem nobis uberrimã fecẽre maiorem in modum comprobarunt. Eo igitur nõie Vrã Sᵗᵉ et à nobis, et à communi Rep. Christiana perpe: tuæ habebuntur gratiæ, siquidem eidem Vrã Sᵗᵉ vniuersalis undiquaq; im̃inentis Christiano nomini periculi curam tantopere cordi esse, ex illa quoq; ce: leberrimo Rhodiorum militum ordini p̃stita ope probẽ constat. Nos p̃terea, quod munus nr̃um nos admo: net, hac in parte non minus fideliter uitæ etiam hu: ius si necessit, periculum minime subterfugientes, pro: sequemur Diuinæ bonitati, semper innixi, qua Vt Ves tra San: ctitas salua et incolumis diu nobis conserue:

tur

tur, ex animo peroptamus. Datæ Viennæ XX^ma^
Septembris Anno M · D · LXV.°